Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

earum. Labana et ether. et asan
iepta. et esna. et nesibi. zeila.
et adzib et maresa. civitates
.ix. et ville earum. Accaron cum
vicis et viculis suis. Ab acca-
ron usque ad mare. Omniaque ie-
richomina que vergunt ad
azotum. et viculos eius. azotus
cum vicis et viculis suis usque
ad torrentem egypti. et mare
magnum. terminus eius. et in mon-
te samir et iethar. et socho
et edenna cariathsenna. hec
est dabir. anab et isthemo.
et anim gosen. et olon et
gilo civitates .xi. et ville earum.
Arab et roma. et esaan. ian-
um. et bethasua. et afeca. et
athma et cariatharbe. hec est
hebron et sioor. civitates .ix.
et ville earum. Maon et cher-
mel et zaph. et iote. iezre-
hel et iucadam. et zanoe
et accaim gabaa et thamna
civitates .x. et ville earum.
Alhul et bethsur. et gedor
et mareth. et bethanoth. et
beltheccen civitates .vi. et vil-
le earum. Cariathbaal hec est
cariathiarim urbs silvarum.
et arebba. civitates due et
ville earum. In deserto betharaa-
ba meddin et sachacha anepsa
et civitates salis. et engaddi
civitates .vi. et ville earum. Fue-
runt simul centum .xx. Iebuseum
autem habitatorem ierusalem. Non potuerunt
filii iuda delere. habitavitque ie-
buseus cum filiis iuda in ierusalem
usque in presentem diem. Capitulum 16m

Cecidit quoque sors filiorum
ioseph ab iordane contra
iericho. et aquas eius ab ori-
ente. solitudo que ascendit
de iericho. ad montana bethel
et egreditur de bethel luza.
transitque terminum archatharoth.
et descendit ad occidentem iuxta
terminum iefleti usque ad terminos
bethoron inferioris et gazer
finiunturque regiones eius mari
magno possederuntque filii io-
seph manasse et effraim. Et
factus est terminus filiorum effraim
per cognationes suas. et possessio
eorum contra orientem atharoth
adar usque bethoron superiorem.
egrediunturque confinia in mare.
Machmethat vero aquilonem
respicit. et circuit terminos contra
orientem. in thanath selo. et
pertransit iordanem ianoe. Des-
cenditque de ianoe in atharo-
th et noaratha et pervenit
in iericho. et egreditur ad
iordanem de taffua pertransitque
contra mare in valle harundine-
ti. suntque egressus eius in
mare salsissimum. Hec est
possessio tribus filiorum effraim
per familias suas. urbes que
separate sunt filiis effraim
in medio possessionis filiorum ma-
nasse. et ville earum. Et non
interfecerunt filii effraim chana-
neum. qui habitabat in gazer.
habitavitque chananeus in medio
effraim usque in diem hanc tri-
butarius. Capitulum 17m

Cecidit autem sors tribui
manasse. ipse est enim
primogenitus ioseph. machir
primogenito manasse patri
galaad. qui fuit vir pugna-
tor. habuitque possessionem ga-
laad et basan. et reliquis fi-
liorum manasse. iuxta famili-
as suas. filiis abieser. et filiis